



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vitae Sanctorvm**

complectens sanctos Mensium, Iulivm Avgvstvm & Septembrem

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Vita S. Clarae Virginis, Sanctitate & Miraculis Clarißimæ; ex ea quæ iussu Alexandri IV. Pontificis, conscripta est; qui eam inter sanctos censuit adnumerandam, anno Domini millesimo ducentesimo ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42728**

beati viri memoria est venerabilis, & nundinis celeberrimus; præstanturque illic vsq; ad præsens beneficia diuina in laudem Domini nostri Iesu Christi; cui est honor & gloria in sæcula sæculorum; Amen.

VITA S. CLARAE VIRGINIS, SAN-  
ctitate & Miraculis Clarissimæ; ex ea quæ ius-  
su alexandri IV. Pontificis, conscripta est; qui  
eam inter sanctos censuit adnumerandam,  
anno Domini millesimo ducentesimo quin-  
quagesimo quinto; cum iam ante biennium ex  
hac vita migrasset.

Vide Notat.  
C. Baron. in  
Martyrol.  
Romanum.

ADMIRABILIS fœmina, Clara voca- 12. Augu.  
bulo & virtute, Assisij claro fatis genere Patria &  
oriunda, ex progenie militari, ab vtro- Parentes  
que parente originem traxit. Familia nequaquã eius.  
obscura, splendidis instructa facultatibus, ge-  
nus omne celebre reddebat. Pater eius miles  
quanquam pro voto, pietatis operibus incum-  
bere non posset, minimè tamen Christianæ mi-  
litæ arma abijciebat; Mater autem, Hortulana  
nomine, diu noctuque diuinis obsequijs insu-  
dabat; & quamuis maritali subdita iugo, sum-  
mo tamen mariti voluntate, loca quondam sa-  
cris Christi Iesu vestigijs pressa, religionis ergo  
lustrauit; & Apostolorum limina, haud vulgari  
pietatis studio visitauit. Cumque iam non me-  
diocriter bonis abundans fructibus, fructiferã  
in horto Ecclesiæ plantulam paritura esset, &  
de partus periculo sollicita antè Crucem in Ec- Mater eius  
clesia oraret, vocem sibi audire visa est; Nepa- Hortulana  
neas mulier; salua enim lumen quoddã partu- calitatis de  
rics,

Et s

rics,

*filiae sancti-  
tate fit cer-  
tior.*

ries, quod ipsum mundum clarius illustrabit. Quo edocta oraculo, natā infantulam Claram appellari voluit.

*Magna eius  
cura & be-  
nignitas er-  
ga pauperes.*

Igitur edita in lucem paruula, mox sancto coepit clarere lumine, atq; intra teneros annos morum splendere sancta probitate. Docili corde primum ex matris ore fidei rudimenta suscepit: quæ deinde operibus sanè præclaris exercuit. Pauperum enim cura tanta ei inerat, ut præter alia, quæ larga manu de abundantia domus suæ pauperibus erogabat, proprio etiam corpusculo delicata subtraheret cibaria, quibus clam viscera pupillorum reficiebat. Studiū verò orationis adeò illi amicum erat, ut cogerie lapillorum, suas oratiunculas Domino annumeraret, cum signacula illa, quæ Rosaria vocamus, ad manum non haberet. Vbi autem sancti amoris stimulis se sauciari præsensit, ilicò mundani floris pictura instabili cōtemptra, spiritus vnctione prædocta, rebus vilib<sup>9</sup> precium imponere vilitatis studuit. Sub vestibibus namq; preciosis ac mollibus ciliciorum induit absconditum, & dum mundo exterius florere videbatur, Christum interius induta erat. Deniq; suis eam nobiliter maritare volentibus, dissimulato in posterum mortali coniugio, virginitatem suā Domino deuouit. Talia fuere in domo materna delibamenta virtutis; tales primitiæ spiritus; talia præludia sanctitatis; quæ quamuis diligenter occultaret, ipsa tamen, instar optimorum aromatum sua fragrantia in populum emanabant.

*Induit cili-  
cium sub ve-  
stibus pre-  
ciosis.*

*Vouet vir-  
ginitatem.*

Audiens verò tunc celebre nomen Francisci, qui velut nouus homo, oblitteratam in mundo viam

viam perfectionis, nouis virtutibus renouabat, *Cupit videre*  
 mox magno eius videndi desiderio flagrabat; *S. Franciscū:*  
 nec minus ille celebri gratiosæ puellæ fama *cuius vita*  
 perflatus, videre hanc & alloqui cupiebat; *si habetur 4.*  
 quo modo, qui regnum mundi depopulaturus *Octobris.*  
 aduenerat, nobilem istam prædam seculo ne-  
 quam possit eripere, suoque Domino vendica-  
 re. Visitat ille istam, & sæpius ista illum, visita-  
 tionum suarum tempora moderantes, quibus  
 diuinum illud studium nec percipi ab homine  
 possit, nec rumore publico detrectari. Nam v-  
 nica tantum familiari socia comitante, pater-  
 nos lares puella egrediens, clandestinos ad vi-  
 rum Dei frequentabat accessus; cuius sibi ver-  
 ba flammantia, cuius vltra hominem opera vi-  
 debantur. Hortatur eam Franciscus ad mundi *Frequenter*  
 contemptum, speciem seculari aridam & spem *accidit S.*  
 deceptiuam, viuo sermone demonstrat. Instil- *Franciscum.*  
 lat auribus eius dulcia connubia Christi; ape-  
 rit æternorū intuitū gaudiorum; quorū conspe-  
 ctu mundus illi vilesceret. Quid multis? Virgo  
 cælesti igne succēsa, terrenæ gloriā vanitatis sic  
 ex altero contempnit, vt nihil iam de mundi ap-  
 plausu eius affectibus inhæreret. Ex tunc Fran-  
 cisci consilio se totam committit, ipsum post *Eligit Fran-*  
 Deum statuēs suæ directionis aurigam. Pendet *ciscum in pa-*  
 exinde anima eius ad sacra illius monita, & de *trēm spiri-*  
 bono Iesu calido exceptit pectore, quidquid *tualem.*  
 promittit ille sermone. Molestè iam fert secula-  
 ris ornatus decorem, & ne speculum illibatæ  
 mentis mundanus puluis vltèr inquit, cō-  
 filio beati patris Francisci, solenni Palmarum  
 die compta & ornata processit ad palmam,  
 & in turba dominarum, festiuo splendore  
 puella

puella præradians, cum reliquis intrauit ecclesiam. Nocte verò sequenti ad sancti mandatum se præparans, optatam fugam cum honesta societate aggreditur. Cumque ostio consueto exire non placuit, aliud ostium, quod lignorum & lapidum pondera obstruebant, miranda sibi fortitudine proprijs manibus referauit.

*Conflio S.  
Francisci fugit mundum.*

Igitur domo, ciuitate & consanguineis derelictis, ad sanctam Mariam de Portiuncula festinavit; vbi mox reiectis sordibus Babylonis, mundo libellum repudij tradidit: simulque cum crinibus ornatus varios dereliquit. Cum autem coram altari beatæ Mariæ, sanctę poenitentię suscepisset insignia, & quasi ante torum huius Virginis, humilis ancilla Christo nupsisset, statim eam ad Ecclesiam S. Pauli Franciscus deduxit, donec aliud altissimum prouideret in eodem loco mausoleum.

*Cognati eam  
reuocare conatur.*

Interea rumore ad consanguineos volante, factum & propositum virginis damnant, & conglobati in vnum, ad locum currunt: tentant quod obtinere non possunt. Violentię impetum, venena consiliorum, blanditias adhibent promissionum; suadentes ab huiusmodi vilitate discedere: quia nec generi congruat, nec exemplum habeat in cõtracta. At illa pannos apprehendens altaris, caput denudat attonsum, firmans se nullatenus à Christi seruitio vtrius auellendam. Crescit animus, bello crescente suorum; viresque ministrat amor iniurijs lacessitus. Sic sic per plures dies cum in via Domini obicem pateretur, & sui se opponeret eius proposito sanctitatis, non collapsus est

agi-

animus, non feruor remissus: sed inter verba & odia ad spem animum tamdiu reformat, donec propinqui retusa fronte quiescunt.

Paucis interiectis diebus, ad Ecclesiam sancti Angeli de Panso transfuit; vbi cum animus inquietudine quadam exagitaretur, tandem ad Ecclesiam S. Damiani, beati Francisci consilio, commigravit. Ibi mentis ancoram quasi in certo figens, non iam pro loci mutatione ulterius fluctuat, non pro arctitudine dubitat, nec pro solitudine reformidat. Hæc est illa ecclesia, in cuius reparatione Franciscus miro desudauerat studio, cuiusque sacerdoti pecuniam obrulerat pro opere reparando. In huius locelli ergastulo, cælestis amore sponsi, virgo se Clara conclusit. In huius cauerna maceræ, columba deargentata nidificans, virginum Christi collegium genuit; monasterium sanctum instituit; pauperum dominarum ordinem inchoavit. Hic per duos & quadraginta annos, disciplinæ flagellis corporis sui alabastrum fregit, vt domus Ecclesiæ fragrantia vnguentorum repleretur.

Paulo enim post, odore sanctitatis eius per proximas sparsa regiones, dictu mirum, quanta alacritate virgines pariter & mulieres, nobiles & illustres, amplis contemptis palatijs, ad eam confuxerint, eiusque exemplo arcta sibi monasteria construxerint: vt Christo soli deinceps viuerent. Neque cælestis huius benedictionis vena, quæ in valle Spoletana scaturijt, breues intra terminos diu conclusa permansit, sed diuina prouidentia longè lateque in orbem erupit, & vbique animas in vasto mundi huius

oceanò

*Ad S. Damiani Ecclesiã commigrat: ac ibidem se includit.*

*Multas Virgines & illustres matronas, suo exemplo, ad suam Christi iugã inuitat.*

*Multa con-  
duntur S.  
Claræ mona-  
stria.*

*Studium hu-  
militatis.*

*Cogitur esse  
Abbatissa.*

*Paupertatis  
studium.*

oceanò errantes ad portum salutis transuexi-  
Nonnullæ namq; Ducum ac Regum matrimo-  
nio dignæ, Claræ inuitante præconio, arctâ sa-  
lutaris viâ libenter arripuerunt, monasteria suis  
sumptibus extruxerunt; & nō modò ciuitates,  
sed ipsa quoque campestria & montana loca,  
cælestis huius ædificij fabricis decorârunt.

Hæc sui Ordinis lapis primarius, ac fundamē-  
tum, in fundamēto sanctæ humilitatis, virtutū  
omniū fabricam, ab ipso principio studuit col-  
locare. Cū enim beato Francisco obedientiâ  
sanctè promississet, à promisso nullatenus deni-  
auit. Triennio verò post conuersionem suam,  
nomē & officiū Abbatissæ declinās, subesse po-  
tius voluit, quàm præesse: & inter Christi an-  
cillas seruire libentius, quàm seruari. Sed cū  
B. Francisco cogente, regimē dominarum susci-  
pere deberet, nō timore, sed timore cæteris se  
præferri passa est; si tamen illa prælata dicitur,  
quæ nullos famularum respiciens actus, omni-  
bus ministrabat; infirmarum sedilia lauabat;  
suo illo nobili spiritu nec sordida fugiens, nec  
foetida perhorrescens. Pedes famularum defo-  
ris reuertentium sæpius abluuit, & ablutis oscu-  
la impressit.

Paupertati spiritus, quæ vera humilitas est,  
paupertas rerum omnium mirificè cōgruebat.  
Et quidem cū primo conuersionis suæ tempo-  
re paternam hereditatem, quæ ad eam peruene-  
rat, distraxisset, distractâq; pauperibus, nihil si-  
bi de precio seruato, erogasset, tam strictum cū  
sancta paupertate fœdus iniit, vt ab Innocētio,  
tertio eius nominis Pontifice, priuilegiū postu-  
lauerit paupertatis, ne deinceps vnquam terre-  
norum

norum pulvis, ad sacrum eius institutum tráfi-  
ret, neve res peritura amantem ab amato seclu-  
deret, aut cursum eius cú Domino impediret,  
Sed accipe nunc, quanta quamque admiranda  
paupertatis amatrix meruerit operari.

Cúm die quodá refectiois tempore, vnicus  
tantú in monasterio esset panis, iuber sancta pa-  
nem diuidi, & vná quidem partem fratribus  
mitti, alterá verò sororibus referuari. Deinde  
mandat de retento dimidio, iuxta dominarum  
numerum, partes fieri quinquaginta, & singulis  
vná distribui. Ad quod mandatum dispensa-  
trix cú obstupesceret, diceretque opus esse an-  
tiquis Christi miraculis, vt modicum panis  
quinquaginta reciperet sectiones, Clara respó-  
dit: Fac filia segura, quod dico. Tum filia matris  
implere festinat mandata; mater verò ad Chri-  
stum suum properat, pia cum filiabus destinare  
suspiria. Crescit diuino munere, inter frangen-  
tis manus parua illa materia, & cuilibet exti-  
tit portio copiosa. Pari virtute, altero quodam  
die, vacuum vasculum oleo plenum inuentum  
fuit.

De admiráda carnis eius maceratione, silere  
magis quam loqui forsitan expediret, cum talia  
fecerit, in quibus audientium stupor, cum veri-  
tate rerum contendit. Nam quæ conuentio car-  
nis virginæ, ad vestem porcíná? Procuraue-  
rat sibi virgo sanctíssima vesté de corio porci,  
quam versa ad carnem hispida tonsura pilorú,  
secretò sub tunica deferebat. Vtebatur nonnú-  
quam duro cilicio, de pilis equorú nodosè con-  
serto, quod hinc indè cordulis rudibus stringe-  
bat ad corpus. Nuda humus, & interdú fermen-  
ta vi-

*Precibus suis  
panem mira-  
biliter mul-  
tiplicat.*

*Item Oleum.*

*Admiranda  
carnis affli-  
ctio in tene-  
ra Virgine.*

ra vi-

ra vinearum lectum præbebant, lignumque eorum præstabat sub capite officium pulvinarum. Postquam autem corpus tanta seueritate tractatum, longa cepit infirmitate fatigari, iube te Francisco, sacco paleis plena est vsa. Porro in ieiunijs tantus erat rigor abstinentiæ, vt sacro quadragesimali tempore sicco pane & aqua, solis Dominicis diebus, vini vltimum admittens, victitaret. Interim verò tribus cuiuslibet hebdomadæ diebus secunda videlicet, quarta & Sexta feria, omnis alimenti expertus, precibus & rebus diuinis tantum, spiritum palcebat. Quod tamen trium dierum exitiale ieiunium, cum à beato Frâncisco, tum ab Assisij episcopo interdictum ei postea fuit: ne corporis vigorem penitus eneruaret. Et quidem cum sic in carne præmortua esset, spiritu adeò vigebat, vt dies noctesque in oratione peruigil & inuicta semper maneret. Lachrymanti semel in oratione, profunda nocte, adstitit angelus tenebrarum in forma nigri puerili, ipsamque monuit, ne tantis lachrymis lumē oculorum amitteret, & cæcitate miseranda alijs ludubrio esset. Cui sanctissima virgo ilicò respondit: Cæcus non erit, qui Deum videbit. Quo responso confusus ille discessit.

*Diabolus eius preces & lachrymas impedire conatur.*

Libet hic orationum eius recitare magnalia. Illa tempestate, quam sub Imperatore Frederico in diuersis mundi partibus sustinebat Ecclesia, Vallis Spolerana de calice iræ frequentius imbibeat. Erant in ea pro ciuitatum expugnatione acies militum & Saracenorum examina velut apum constituta. Cumque in Assisium peculiarem Domini ciuitatem, hostilis semel furor

furor irrueret, & iam ipsis portis exercitus appropinquaret, Saraceni, gens pessima, qui sanguinem sitiunt Christianum, & omne nefas impudentius audent, apud sanctum Damianum intra claustrum virginum cōfluxerunt. Liquefunt dominarum corda timoribus, tremunt formidine verba, & ad matrem referunt fletus suos. Quæ impauida corde, se infirmam ad ostium, præcedente sacratissimo corpore Christi, duci iubet. Cumque se totam in oratione coram Domino prostrauisset, Christo suo cum lachrymis ait; Placet mi Domine, inermes ancillas tuas, quas tuis amoribus innutriui, manibus ecce tradere paganorum? Custodi Domine, precor, has famulas tuas, quas ipsa in presenti articulo custodire non possum. Mox de nouæ gratiæ propitiatorio, vox quasi puerili ad eius aures insonuit; Ego vos semper custodiam. Mi Domine, ait, & hanc si placet, protege ciuitatem, quia nos pro amore tuo sustet. Et Dominus ad eam; Grauiamina sustinebit, sed meo munere defendetur. Nec mora. Statim canum illorum repressa pauescit audacia, & per muros, quos ascenderant, celeriter exeuntes, orantis virtute deturbati sunt.

Alio quoque tempore, Vitalis de Auerfa, vir gloriæ cupidus, Imperialem exercitum, cui præerat, contra Assisium admouit, verbisque minacibus se indè nullatenus recessurum iurat, donec ipsa ciuitate potiretur. Iamque arctissima pressa obsidione, in vltimum ferè periculum venerat ciuitas: cum Clara Christi famula sororibus ad se vocatis ait; Multa quotidie ab ista ciuitate, charissimæ filia, suscipimus

F f bonas;

*Magna virtus orationis eius.*

*Præsens Christus in asseruata Eucharistia.*

*Assisium precibus suis ab hoste liberat.*

bona; quare impium est, si non tempore opportuno pro viribus ei succurramus. Iubet afferri cineres, iubet capita nudare sorores. Ac primum illa suum multo consperfit cinere caput; deinde sororum cunctarum, totisque affectibus cum lachrymis ciuitatis postulat liberationem. Quid singula narrem? Sequenti nocte superbus homo toto dissoluto exercitu discedit: nec deinde terræ illi bellum infert, paulo post interemptus.

*Cruce quoslibet morbos sanat.*

Nec mirum, si sanctæ virginis oratio hominum vicerit malitiã, quæ etiam dæmones cedere compulit, & ex obsessis corporibus profligauit. Præterea multa admodum admirandæ virtutis per Crucis signum edidit miracula. Credo sanè, quia die nocteque Dominicæ passionis cõmentationi intenta erat, hanc illi eiusdem passionis & Crucis virtute, à Domino gratiam cõcessam fuisse, vt morbos & infirmitates quaslibet Cruce fugaret.

Porro qua animi prudentia suas informaauerit discipulas, quo pietatis amore fouerit, quæ vis orationis explicabit? Primò siquidem docebat illas exclusis animi perturbationibus summa mentis tranquillitate in Dei seruitio versari; carnalium propinquorum amore iam nõ affici; carnisque nugas rationis imperio restringere. Deinde Dæmonum occultis insidijs & tẽtamẽtis viriliter resistere. Certis horis operi manuum ita incumbere, vt ilicò ad conditoris desiderium per orationis exercitium valerent recalescere. Silentium obseruare, verborumque leuitatem sedulò vitare: sicque alacres iugiter ac lætæ in suauissimo Christi iugo pura mente & casto corpore

corpore ferendo perseverare. Sed & id cōmodius vt fieret, summa diligentia ac studio prouidit, vt diuini verbi alimonia assiduò pascerentur. Gaudebat enim literatorum hominum, quanquam literarum rudis, doctis concionibus, tantaque auiditate diuini verbi prædicationi intendebat, vt nulla re magis quàm doctorum, sermonibus delectari videretur. Cùm autem Papa Gregorius fanciisset, ne quis fratrum ad sacrarum virginum monasteria sine sua licentia pergeret, dolens pia mater, sorores, pabulum diuini verbi rarius habituras, nullum non mouit lapidem, vt Pontifex canonem illum à se latum solueret; quò pane cælestis verbi assiduò saturari possent.

Quadraginta iam annis in stadio altissimæ paupertatis cucurrerat; cum eccè iam ad brauium supernæ vocationis, præcedente languore multiplici, appropinquabat. Vigore siquidem carnis, acerbissimis poenitentiae doloribus penitus attrito, posteriora tempora occupauit infirmitas; vt quæ sana ditata fuerat merito operum, infirma ditaretur meritis passionum. Cùmque ægritudinum pondere prægrauata, ad finem festinare videretur; Innocentius quartus, Romanus Pontifex, qui id temporis Lugduni moram trahebat, ilicò Christi ancillam & meritis venerandam, & miraculorum gloria claram, inuisere festinauit. Illa quantam ex præsentia vicarij Christi lætitiā hauserit, quantoque fuerit cumulata gaudio, postquam sacris illius manibus benedici, & ab occultis peccatorum vinculis (manifesta enim nulla erāt) absol-

*Libenter au-*  
*dit sacras*  
*Doctorum*  
*Virorum*  
*conciones.*  
*Is fuit Gre-*  
*gorius no-*  
*nus.*

*In fine vita*  
*varijs infir-*  
*mitatibus*  
*exercitur.*

*17 diebus si-*  
*ne cibo est.*

& decem diebus, nullo prorsus corporali cibo  
 vsa fuerit. Aderant ei quotidie fratres eiusque  
 filia, cuncti lachrymis infusi, crebroque gemi-  
 tu atque singultu piam matrem ex hac vita bre-  
 ui migraturam prosequentes. Cardinalium  
 quoque atque praelatorum frequenti visitatio-  
 ne ut verè sancta honorabatur. Ceterum ad se  
 conuersa virgo sanctissima, ac tandè tota mète  
 Deo intèta, suam in agone animã his verbis cõ-  
 pellabat; Vade secunda, quia bonum habes itine-  
 ris conductum. Vade, quoniam qui te creauit,  
 sanctificauit, & custodiens te semper, velut ma-  
 ter filiam, tenero amore dilexit. Tu, inquit, Do-  
 mine benedictus sis, qui me creasti. Et inter hæc  
 aliaque pietatis verba, sancta illa anima erga-  
 stulo mortalitatis soluta, ad cælos migrauit.  
 Funus fuit ab ipso Pontifice, incredibili homi-  
 num caterua cum lachrymis & singultu sequen-  
 te, curatum, atque ex monasterio ad S. Grego-  
 rij honorificè deportatũ. Qui locus S. Francis-  
 ci reliquijs primò honoratus fuit: & tunc san-  
 ctissimæ virginis corpusculum excepit; vt qui  
 viam vitæ viuenti parauerat, idem etiam mo-  
 rienti locum quodam præfagio præpararet.  
 Mox vt pontifex cum sacro Cardinalium cœ-  
 tu, celebratis exequijs, turbæ, magno concursu  
 ad tumulum virginis confluenti, locum dedit,  
 veneranda miraculorum testimonia mirificè  
 fulserunt. Dæmoniaci quippè liberabantur; cæci  
 illuminabantur; claudij curabantur: alijsque  
 multifarijs languoribus afflictati, diuina vir-  
 tute sanabantur: quæ, ne prolixiores simus, hic  
 singulatim adscribere omittimus; præsertim  
 quod eximia virginis sanctitas, in morum & o-  
 perum

*Felicissimus  
 decessus eius.*

*Innocentius  
 Pontifex e-  
 ius celebrat  
 exequias.*

*Miracula  
 post obitum.*

perum perfectione satis superque eluceat.

MARTYRIVM S. EVPLII DIACONI;

ex secundo tomo Annalium Baronij, sub anno  
Christi 303. Marcell. Papa 7. Imperat. Dioclet.

& Max. 20.

*Vide etiam  
Notat. in  
Martyrolog.  
Roman.*

**D**IOCLETIANO octies, & Maximiano 12. Aug.  
septies Consulibus, pridie Idus Augu-  
sti, in Catanesium ciuitate, Euplius Dia-

conus ab exploratoribus inuentus legere Euā-  
gelia, & Christianos docere, tentus ab illis, vnā  
cum libro productus cum esset extrā velum se-

*Euplij con-  
fessio.*

cretarij exclamauit; Christianus sum & pro

Christi nomine mori desidero. Audiens hæc

Caluisianus Consularis, iussit Euplium Iudicis

Secretarium ingredi. Quo ingresso, quidam ex

amicis Caluisiani, nomine Maximus, furore in-

centus: Non, inquit, decet tales eū tenere char-

tas contra Augustorum edictum. Caluisianus

autem; Vnde, inquit, hæc tu nobis adducis? nun-

quid è domo tua? Respondit Euplius; Non ha-

beo domum. Nouit hoc Dominus meus Iesus

Christus. Iussit deinde Caluisianus, vt ea clara

voce legeret. Tunc Euplius aperto codice legit:

Beati qui persecutionem patiuntur propter iu-

stitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorū,

& alio loco: Qui vult venire post me, tollat

crucem suā, & sequatur me. Cū hæc & alia le-

geret, Caluisianus Cōsularis, Quid, inquit, hæc

sibi volunt? Cui Euplius; Lex est Domini mei,

à Iesu Christo filio Dei viui mihi tradita. Tunc

Cōsularis, audita Christi cōfessione, Tradatur,

inquit, tortoribus, interrogetur sub tormentis.

*Euplius è co-  
dice Euan-  
gelij legit.  
Matth. 5. 16.*

Nec mora. Martyr Christi pridie idus Augu-

Ff 3

stas